



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 68. Renaudius hujus conjurationis caput.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

peritorum exquisitæ sunt atque Theolo- Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.  
gorum Protestantium sententiæ, an salva  
conscientia citra violatæ Majestatis, ac  
legitimi Magistratus crimen liceret pro  
patriæ salute, ac libertate arma sumere,  
Franciscum Guisium, & Carolum Car-  
dinalem ejus fratrem capere, atque ad  
usurpatæ administrationis rationem  
reddendam adigere: cum autem illi,  
quorum sententia desuper exquirebatur,  
nonnisi Protestantes essent, hinc etiam  
sine ulla tergiversatione respondebant,  
licere vim contra illegitimam Guisia-  
norum dominationem opponere. (°)

## §. LXVIII.

*Renaudius hujus conjurationis caput.*

E quidem hujus conjurationis Autho- Thuan l. 24.  
Beza l. 3.  
p. 250.  
res ignorantur; non defunt tamen,  
qui perfidum hoc consilium post Hen-  
rici II. mortem Genevæ procusum fuisse  
affirment, testenturque, quod Galli  
Calvinianæ hæresis, Sectatores, quam-  
primum rerum summam Guisio Duci, ac  
Cardinali juratis eorum hostibus com-

A a 4 missam

(\*) En novum argumentum, ex quo ma-  
nifeste elucet, quam mendaciter Protestan-  
tium nonnulli in suis scriptis jaſtitent, ſin-  
gularem ſuæ ſectæ prærogativam eſſe, quod  
Magistratum auctoritas ſemper in tuto po-  
ſita ſit, vide Præfationem ad tomum XXXV.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1560.

missam cernebant, mox in eadem urbe necessaria ad exequendam hanc conjurationem media arrspuerint. Fertur quoque, inter infandi hujus sceleris Autores haud postremum fuisse Theodorum Bezam: ast utut res se habuerit, id tamen omnino compertum habetur, quod hujus seditionis caput a conjuratis selectus fuerit Princeps Condæus, cuius tamen nomen initio non fuit editum, eoquod ille, priusquam aperte se conjuratorum Ducem profiteretur, præstolari vellet, donec hujus consilii incentores ad exequenda sua molimina sat virium haberent: interea vero ei tanquam secundus ab Imperio subrogatus est Godefodus Barius Renaudius Nobili familia in Petrocoriis ortus, qui ob nefanda scelera in carcerem conjectus a Guisio Duce nuper defuncto, qui utriusque Franciæ Ministri Parens erat, inde liberatus, postea Bernam, inde vero Genavam fecessit, ibidemque Protestantium sectam professus est.

### §. LXIX.

*Præscripta hujus conjurationis forma  
duobus articulis comprehensa.*

Thuan. l. c.  
Pall. l. 14.  
c. 12. n. 10.  
§ II.

Ceterum juxta Historicos conjuratum postulata duobus duntaxat articulis constringebantur: placuit enim l. ut porrecto libello supplici per in-

mem